

Solutio nō nisi postq̄ consenserit. In quarta an liceat ab vno monasterio trāsire ad aliud. Solutio sic arcioris regule
Vicesimapma causa habet v. questioēs. In p̄ma queritur an liceat clerico in duabus ecclesijs inscribi. Solutio nō de iure cōmum. c. 1. ij. In secunda an liceat clerico a sua ad ecclesiam aliam transire. Solutio nō sine litteris dimissorijs sui episcopi. c. si quis iam. In tertia an liceat clericis suscipere procuracionem negotiorum seculariū. Solutio nō nisi causa pietatis. In quarta an liceat clericis ornari vulgtois vestibus. Solutio non. In quinta qua pena sint feriendi clerici q̄ ad seculare negocium fugiunt. Solutio excommunicacōn.
Vicesimasecunda causa habet quinq̄ questiones. In p̄ma queritur an iuramentum sit prestandū. Solutio sic causa necessitatis. In secunda an sit periurus qui iurat falsum qd̄ putat esse verum. Solutio sic propter intencionem fallendi. In tertia an liceat clericis episcopo denegare certaz obedienciam. Solutio non ante condemnationem. In quarta an iuramentum illicitum sit seruandum. Solutio non. ca. in malis etc. In quinta an sit periurus qui cogit alium periurare. Solutio sic. c. periurare.
Vicesimatercia causa habet octo questiones. In p̄ma queritur an militare sit peccatum. Solutio non. in iusto bello. ca. militare. In secunda an bellum sit iustum quod sit ex edicto pulsandi malas causas hominum. Solutio sic ca. 1. In tertia an iniuria ecclesiarum sit armis propulsanda. Solutio est ab hijs quibus licet. c. fortitudo. In quarta an vniuersa sit inferenda. Solutio est ab eo cuius interest. c. ea vniuersa. In quinta vtrum sit peccatum iudici vlt̄ ministro reos occidere. Solutio non si fiat causa iusticie. ca. etiam sine peccato. In sexta an mali sint cogendi ad bonum. Solutio non. ca. ad fidem. In septima an heretici sint spoliandi suis et ecclesie bonis. Solutio sic. capitulo. Jam vero. In octava an liceat clericis arma mouere. Solutio non manu propria nisi in causa necessitatis. ca. quicumq̄.